186

1529. Petrus Tomicki Episcopus Cracoviensis Vicecancellarius Arcium Magistro, Nicolao Krabus Plebano Ecclesiae Sanctae Annae Cracoviensis.

Venerabilis etc.

Mittimus vobis breve apostolicum, quod putamus expeditum esse in Causa Vestra, quam habetis cum Domina Rambiewska, ut vero poteramus missionem illius differre, usque ad nostrum isthuc adventum, scientes tamen vos illud a longo tempore, cum magno desiderio expectare, mittere illud vobis per proprium Nuntium voluimus, ut illius vigore absolutionem a censuris Ecclesiasticis adhuc ante sacra Paschae obtinere possitis, bene valete, et Dominum Deum pro Nobis orate. Datum Etc.